



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

§. 2. Explicantur clausulae apponi solitae in dispensationibus pro foro
externo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

de consensu, disput. 1. quæst. 3. punct. 2. n. 2. Et disput. 7. quæst. 5. p. 1. num. 5.

13. Sexta clausula est, vt coniux impedimenti ignarus certior sit factus de nullitate prioris matrimonij: & ponitur hæc notitia sub ablatiso absoluto, quod videtur conditionem necessariam importare, ex l. à restatore, ff. de condit. Et demost. Ceterum mihi placet sententia Sanchez illa disp. 3. n. 61. illam notitiam non apponi pro conditione ad dispensationem, sed in instructionem Confessarij, qui cum viderit id fieri, posse, quin iudicis delictam delegat etiam sub graui suspitione, id faciat? secus verò si abique graui suspitione delicti, certiorari non potest coniux de nullitate prioris consensus. Item sæpe hæc notitia fieri non potest, quin graues inimicitie inter coniuges oriantur, maxime si impedimentum fuit ex parte scemina. Ergo in illo casu non est credendum velle Pontificem certiorum facere coniugem de nullitate prioris matrimonij, quia esset certiorari vtrum delictum scemina. Adde illam clausulam non tam expostulati à Pontifice pro valore dispensationis, quam pro matrimonij restitutaione, quia, existimauit iudicari non posse matrimonium, nisi certiorato coniuge de nullitate prioris consensus: at vigenat causa est probabile satis iudicari posse, quin habeatur talis notitia. Ergo ad summum intelligitur esse tacendam, quando pro restitutaione matrimonij expostulatur.

14. Potestas legitimandi prolem concessa in his dispensationibus solum etiam prodest pro foro conscientie, vnde pro foro ipso foro potest, & vtrique parenti succedere, & ad ordines accedere, non tamen in foro externo. Quare si beneficium ei collatum sit, & impedimentum manifestatur, impetrari ei potest vt omnino vacans, & collatum illegitimo, quia solum pro foro interno profert dispensatio. Quando verò ex parte vnius est bona fides, proles in vtroque foro legitima est: neque tunc opponitur clausula decernens legitimam esse prolem, nisi vt scrupuli tollantur. Vltimo aduertet hæc dispensationes gratis semper exhiberi, neque per modum recompensationis aliquid expostulari, vt constat ex verbis illic appositis, & ex communi stylo.

§. II.

Explicuntur clausulæ apponi solitæ in dispensationibus pro foro externo.

- 1 De qualitate delegati.
- 2 Quæ causa, & quibus modis dispensatio concedenda sit.
- 3 Possitne delegari hæc dispensationes? Proponitur dubitandi ratio.
- 4 Reversatur examinationem testium, veritatis indagacionem delegari posse, nec absolutioem, neque dispensationem, neque proli legitimationem.

Hæc clausulæ opponantur à Sanchez lib. 8. disp. 35. à n. 1. 2. & 3.

Prima continet personam cui dispensationes committuntur expedienda, qui est officialis, diocæsanus. Nominè officialis qui veniat intelligendus, latè dixi in tract. de privileg. ibi enim probauit debere esse vicarium Episcopi, vel illum, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet quales sunt aliqui Abbates, vel priores, sic Basil. lib. 8. cap. 2. n. 1. Riccius in praxi de dispens. vbi restatur sic declarasse summum Pontificem: si autem contrahentes diuersæ sint diocæsis, sufficit, si ordinario vnus literæ præsententur. Basil. supra Sanchez disp. 35. n. 5. quæ absolutè est illorum ordinarius vnus directè, & alterius indirectè.

2 Secunda continet causas, ob quas expedienda est dispensatio quando ex causa conceditur, quæ causas explicamus, cum specialiter de dispensationibus concessis pro matrimonio contrahendo differimus.

Tertia continet modum, quo hæc causæ debent verificari. Non enim est necessarium officiali cui talis expeditio conceditur, Notario, & testibus iuratis veritatem inuestigare, sed quomodocumque de veritate egularum, quæ ad dispensationem concedendam sunt allegatæ, certus fiat sufficiens est ita. Paul. volum. 4. consil. 75. num. 5. Basil. lib. 8. cap. fin. n. 25. Et lib. 5. cap. 3. n. 3. vbi quando aliquid relinquatur iudicio alicuius, idem est ac relinqui conscientie, nec iudicalem indagacionem requirit vt constat ex multis iuribus, quæ colligit glossa in cap. fin. de veto. Et cap. nisi cum pridem de renunciat. ad finem ibi. ubi rediimus relinquendum & præcipue cap. statuum, de respiciis in 6. §. assessor. ibi. quod conscientia relinquatur eiusdem vbi glossa, cum enim hoc conscientie relinquatur ipsius. Ergo solus Deus, hic, & nullus alius est iudex, vel cognitor, quam glossam pluribus exornat Philippus Francus lib. num. 6. Quod si in dispensatione affirmet Pontifex dispensare ob aliquas causas, quæ contrahentium animum mouent, vt cupent se inuicem copulari: cum tunc nullus causæ in particulari mentio fiat, tenetur pontifex gratis dispensare, pecunia à

contrahentibus in subsidium data. Neque tunc tenetur commissarius, cui expeditio dispensationis delegatur inuestigare causam aliquam, vt rectè docet Sanchez disput. 35. num. 24. Neque obicit mandari officiali in his dispensationibus, vt inuestiget, an preces veritatis nitantur: id enim solum ad impedimentum refertur, hoc est inuestiget, an verè sint impedimenta, vt possit dispensare, vel solum ex communi stylo curiæ opponitur.

Quarta clausula est quæ etiam habetur in dispensationibus pro foro conscientie, vt fiat gratis, nec aliquid etiam sponte oblatum accipiatur, quod quæ ratione vetum sit latè dicemus de simonia.

3 Sed inquires, an hi, quibus hæc dispensationes committuntur, possint eas subdelegare, vel saltem informationem causæ, aut aliquid simile.

Ratio difficultatis est, quia videtur in his dispensationibus electa industria personæ. Dicitur enim, discretioni tuæ, de qua in his speciale in Domino fiduciam obtinemus. Item conscientia oneratur dispensantis, tam in examinatione veritatis, quam in dispensatione faciendâ: at quoties conscientia alicuius grauat, videtur subdelegatio prohibita, & personæ industria specialiter electa, vt tenet Lafon. in l. à iudice, cap. de iudic. num. 11. limitat. 5. Bald. in cap. si pro debilitate, de officio deleg. num. 6. Imola in cap. fin. §. eodem tit. Leo in thesauro fori Ecclesiæ, cap. 15. num. 49. Et casu quo nominata personæ dispensatio expedienda committeretur, affirmat Grassis decis. 9. casuum conscient. lib. 1. cap. 13. num. 19. Sanchez lib. 8. disp. 27. sine num. 43.

4 Nihilominus dicendum est, etiam si personæ nominatæ committio fiat posse veritatis indagacionem, examinationemque testium delegari; non tamen dispensationem, neque legitimationem proli, nec absolutioem, impositionemque penitentis seu commutationem in pia opera. Priorem partem, scilicet examinationem testium, indagacionemque veritatis delegari posse, tenet Abbas in cap. vlt. §. 1. de officio delegati, nu. 7. Et in cap. cum in veteri, in princ. de electione. Nauarr. consil. 6. de officio deleg. num. vnico in 2. edit. Marc. Anton. Genuesi, cap. 83. num. 5. Nicolaus Garcia plures alios referens 6. p. de benefico. cap. 1. à num. 100. Thom. Sanchez lib. 8. de dispensat. disput. 27. num. 43. Menoch. tom. 1. consil. 17. num. 12. Ratio est, quia examen testium, indagatioque veritatis actus est iurisdictionis, ac proinde delegari potest. Secundam autem partem, scilicet dispensationem, legitimationem proli impositionemque penitentis delegari non posse, tenent ferè omnes doctores supra relati, præcipue Thom. Sanchez, & Menoch. quia est nudum ministerium, quod subdelegari non potest, ex doctrina recepta, in cap. fin. de officio delegati, quam pluribus exornat Felin. ibi. §. vlt. ad fin. vers. 4. Grassis decis. 157. in addition ad eam, num. 6. Et 7. Genuesi cap. 83. num. 6. Et de legitimatione proli est alia specialis ratio, quare subdelegari non possit, quia est ex Principi referuatis in signum suæ supremæ iurisdictionis. §. si verò is qui solimodo in auct. quibus modis naur. esse. sui. Bald. in l. 1. col. 1. C. de iure auroorum annul. Felin. in cap. vltim. n. 4. vers. fallit. in referuatis, de officio delegati, & Purpurat. in l. v. num. 373. Et 374. de officio eius. Menoch. dicto consil. 17. num. 9. at vbi referuata Principi delegantur, subdelegari non possunt. vt tradit ibi Menoch. cum Baldo in rubr. de officio deleg. & cap. vlt. eodem titul. & ibi Felin. n. 4. lat. in l. à iudice, column. vltim. vers. 13. limitat. Cod. de iudic. Decio, Alexand. Pupurato. & aliis. Ergo.

PUNCTVM XVI.

De causis ex quibus dispensationis rescriptum reddatur nullum

TRipliciter dispensationis rescriptum reddi potest nullum. Primò, si deficiat causa requisita ad dispensationem. Secundo, si deficiat potestas in dispensante. Tertiò, si deficiat consensus. De primis duobus modis satis superque in hac disputatione dictum est. De tertio restat nunc dicendum. Consensus namque deficere potest, Primò, si dispensans cogatur per metum cadentem in virum constantem concedere dispensationem, Secundo, si per ignorantiam, vel errorem inducatur ad illam concedendam.

§. I.

Quid de consensu per metum.

- 1 Probabiliter censo si causa legitima intercedit non esse irritam dispensationem.
- 2 Secus si adeat causa, nisi in propria lege, dispensatio concedatur.
- 3 Debet tamen dispensans absolutam voluntatem habere dispensandi.

x Es

DE
ASTRO
CALAC
TON
FIVE